



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. LXXVII. De Fratere Gerhardo Magister Pruschiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Poppo de Oßerna VI. Magister Gen. Ord. Teutonici,
Henricus de Wida III. Magister Prussia Provinc.*

chio Brandeb. vir in armis exercitio ex experientia sufficienter instructus, cum multa militia & armatorum apparatu venit ad terram Pruschia tempore hyemali, sed quia hyems fuit tepida ad hostes fidei vicinos transire non potuit. Sunt enim intermedia paludes & alia viarum discrimina, quæ non nisi in intensissimo gelu indurantur & eis sic non induratis non patet transitus ad eos. Unde necessitate cogente rediit ad patriam & pro voluntate meritum facti recepit, licet opus volitum non complevit.

CAP. LXXVII.

De,

Fratre Gerhardo Magister Pruschia.

FRATER (a) Gerhardus de Hirzberg terræ Pruschia IV. præfuit II. annis. Hic post multa quæ fecit bona in terra Pruschia, reversus Almanniam factusque Magister terræ Teutonia, ibique mortuus est & sepultus.

ANIMADVERSIO.

(a) Inter hunc Gerhardum de Hirsberg & Decessorem illius Henric. de Wida interponit Grunovius alium Magistrum Provinciale, nomine Gerhardum de Klevven, cui deinde ab Annone de Sangerhausen suffectum esse dicit, Gerhardum de Herzberg. *Vid. Grunovv. Tractat. VIII. fol. 100. b. & fol. 112. a. fin.* Confusio illa sine dubio inde oritur, quod Vicegerentes Magistri generalis non distingvat à Magistris Provincialibus.

CAP. LXXVIII.

De

*Laudabili vita cujusdam fratris
de Kuningsberg.*

Hoc